inimicitia cum domino *l.* 14. 21. vel dignitate *l.* 8. ℌ. 3. vel præſentia Domini liberetur *l.* 10. 11. niſi & his caſibus periculum ſit in mora *l.* 12. tenetur & adverſario judicati; ſi in rem ſuam egit, ſi ſe obtulit ſciens cautum non eſſe *l.* 61. Oritur hinc (2.) Obligatio Adverſarii, ut cum Procuratore velut Domino, judicio congrediatur, vide tamen *l.* 29. 43. ℌ. 5. ſi, cùm pro Actore eſt, de rato caveat *l.* 39. ℌ. 1. niſi ſit ex liberis, parentibus, fratribus, affinibus, libertis *l.* 35. *pr.* *l.* 40. ℌ. 4. aut dominus rata ſe habiturum geſta ejus teſtetur *l.* 65. aut ſi pro reo, judicatum ſolvi *l.* 39. ℌ. 4. porrò mandatum ad finem continet media neceſſaria *l.* 56. 62. non tamen generale tranſactionem *l.* 60. Oritur hinc quoque obligatio Adverſarii vel fidejuſſorum erga Dominum, ut utilem in eos actionem habeat *l.* 27. ℌ. 2. *l.* 28. niſi procurator ſit in rem ſuam *l.* 56. Oritur hinc (3.) Obligatio Principalis erga procuratorem, mandati *l.* 42. 46. ℌ. 5. 6. niſi

Pro-